



Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliæ Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

§.2. Sicut Christus totam humanitatis svæ massam temperavit fermento divinitatis ad nostræ redemptionis opus, ita massam singulorum immiscuit SS. Sacramento, vt nostra salutis opera exequeremur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

sollicitus, in futura tantum suam extendit sollicitudinem: & ita videtur iam affectibus huius mundi, valere ut nullus eum remoretur; illa igitur dispositione accedere conuenit, vt illis omnibus soluti, nostræ voluntati affectus tantum impetent cælestes: quatenus absque vilo impedimento nobis concedatur Dei conuentiones: vt in omnibus nostris actionibus videamur magis spirituales quam carnales, magis diuini quam humani: & viuente in nobis Christo, eius in nobis vita manifestetur, quæ in hoc cælesti epulo communicatur: *Et in se manifestetur in nobis.* Nam si, ut in Christo, licet operata velo humanitatis vita illa manifestetur quam illi Pater æternus communicauit propter vniouem quam habet cum diuina eius natura: ita similiter in nobis manifestetur vita Christi, quamuis abscondita sub tegmine accidentium huius diuini Sacramenti propter vniouem cum ipso dum eum in S. Communione recipimus: *Sicut misit me vitæ Pater, & ego vitæ propter Patrem: & qui manducat me vitæ propter me.*

IX. Fabrica illa diuina dicta Sancta Sanctorum Incarnationis figura expellam etiam habet cum SS. Sacramento conuenientiam: sicut enim eam Deus ipse delineauit & præscripsit, & hoc operatus est mysterium: similiter & ipse Deus insignem hanc edificauit fabricam SS. Sacramentum ipse Christus hoc instituit, verus Deus & Dominus noster, vt declarat D. Ambrosius: *Antor Sacramentorum quis esto, nisi Dominus noster Iesus Christus: vnde dicitur Sanctus Sanctum: erat etenim locus altissimæ sanctitatis Dei laeuis sub cortinis humanitatis in Incarnatione, de quo omnis Sanctorum sanctitas emanat: pariter in SS. Sacramento locus est sanctitatis Dei: quia in illo totus continetur. Christus velis operatus accidentium: eius personam vtique diuinam, in qua sunt omnes thesauri sapientia & scientia Dei Patris, ipse Pater constituit omnis sanctitatis originem: quia fons est & fœturigo gratiarum, quibus Sanctos creat Ecclesia.*

X. Sub tegumento humanitatis Pater æternus homini illi totam suam communicauit diuinitatem, vitam, diuitias, gazas, maiestatem, magnitudinem, & sub velamine accidentium, dum Christus se totum tradit hominibus, suam illis communicat diuinitatem: per illum igitur cibum illos reddit diuinos: tam vt alibi diximus, alimentum suum comedenti inludit conditiones SS. vero Sacramentum, cibus est diuinus, ac prouide homines illud manducantes diuinos

reddit, & conditionibus adornat cælestibus, thesauros operisque illis tradit gratiæ suæ: quia in rei veritate animam impingnat omnibus Spiritus S. donis ac gratijs illi communicatis: *Mens Opus, & omnium spiritualium charismatum abundantia impingatur:* ait D. Thom. Et quemadmodum Pater æternus Christo vitam suam communicauit, ita & Christus suam igne communicauit: *Qui manducat me vitæ propter me.* Itaque quantum sapio, Christus per hoc SS. Sacramentum ad singulos homines illa dona extendit, quæ Pater suus illi in mysterio Incarnationis contulerat. Hoc igitur supposito probatur, quam elegantè dixerit D. Thom. *Quia in hoc Sacramento totum, mysterium nostræ salutis comprehenditur.*

§. 2. *Sicut Christus totam humanitatis suæ massam temperauit fermento diuinitatis ad nostræ redemptionis opus: ita massam singulorum immiscuit SS. Sacramento, vt nostræ salutis opera exequeremur.*

Singulari proflus argumento declarari potest, quod in hoc mysterio nobis innotescit, etenim si quid noui, profectio quedam est & extensio eius quod fecit Deus in Incarnatione. Ad huius expositionem scripsit D. Ioan. hæc verba adeo tremenda, vt illa percipiens in terram te prosternas & merito: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* q. d. Hoc noueris quod Verbum diuinum in nobis habitaturum nostramque salutem operaturum nostram assumpserit carnem, illam contemperans, & virtutem illi largiens opus adeo præstans exequendi: & quamuis verum sit, ait D. Thom. *Magnum sit dare se in factum peregrinationis nostræ (per Incarnationem) maius in preiurium redemptionis: porto taliter se nobis tradere, vt à nobis non peller separari, qualiter se nobis tradit in SS. Sacramento. Cuius datur in cibum, datur non ad separationem aliquam, sed ad omnimodam vniouem, beneficium est omnem excedens modum beneficii ceteraque vincens, atque vt tale profectum illud idem Euangelista, & quasi hæc verba: *Verbum factum est copulat illis de SS. Sacramento. Caro mea vere est cibus &c. Accipite & comedite.* Ex quibus apparet quod dilatauerit & extendit summum illud bonum, vt omnibus tribueretur, sub eodem velamine & cortinis suæ diuinitatis, quas*

6
Ioan. x.
Opus. 88
I.
Maximū beneficiū
V. Eucharistia.

quas sumpsit ut homo fieret, sub quibus totam naturam humanam attemperavit in singulis hominibus cum vita Dei, quam illis in S. Communionem largitur, sicut remansit in illa ipsa, natura illa singularis Christi Domini per ineffabile mysterium Incarnationis.

Matth. 13. Hinc credo sensum esse mirabilem illius parabole de fermento, quam referunt D. Matth. & D. Luc. qua Dominus inter alia mysteria Regni caelestis Ecclesiae suae hac dno declaravit Incarnationis scilicet & SS. Sacramenti: ut

II.
Sub parabola fermenti explicatur Incarnatio.
Lib. 3. de Doctr. Christi. c. 25.

pote quae caeteris in ipsa clarius effulgent: *Simile est regnum calorum fermento, quod accipit mulier abscondit in farinae saxis, donec fermentum est totum.* Praemonuit nos D. Aug. quoniam & D. Th. notantque quod sicut in SS. litteris Leo quodamque, in quantum ferox est & crudelis, significet daemonem & principes tyranos: & in quantum naturam gerit nobilem, & fortitudinem praef. et maiestate plenam, Christum praenotet ac viros sanctitate & moribus insignes: idem sit iudicium de fermento: quia si species eius amaritudinem qua corrumpit & inficit totam massam, res significat plane malas, & ut tali pharasi proposuit Christus, inquit ille, superbiam & vanam gloriam hypocritarum, Phariseorum, haec enim bona opera quibus fulgebant corrumpuntur: *Attendite ad fermentum Phariseorum, quod est hypocrisis.* Quo declaratur, quantum habeat vim vitium illud quo opera nostra bona inficitur: & Apost. Paulus ut nos inducat ad deserenda opera peccati filias sic ait: *Expurgate vetus fermentum ut sitis nova conspersio:* & alio loco: *Non in fermento malitia & nequitia.* Itaque his omnibus indicamus mali esse symbolum. Et in quantum bonum est, & massam fermentat, eiusque cruditatem suo decoquit calore, rem denorat bonam, mystera nempe nostrae fidei eminentiora: vnde illud assumit Redemptor noster ad illa designanda.

III.
Fermenti duplex interpretatio.

Scribunt itaque Evangelistae D. Matth. & Luc. dum die quodam Dominus coram innumera plebis multitudine contionaretur, cepit eis proponere mysteria Regni caelorum sub diversis parabolis & rerum similitudinibus quas prae manibus habebant, & saepe repetit nomen: *Regnum calorum;* & alijs multis praemis illam de fermento proposuit, teste D. Luca, postulat attentionem: *Cui assimilabo Regnum Dei?* ut audientium animos ad maiorem excitet attentionem; ita rem expendit D. Pet. Chrysol. *Dicens, cui est simile Regnum Dei, appendit animos auditorum, & attentionem reddis stupere toto quod Regno*

IV.
Familiares Christi proponit apte similitudines.
D. Pet. Chrysol. Serm. 99.

Dei, quid impeno animo valent temperari? Et quando iam sublime quid audire expectant, nihil adfert ex celsum dignitati Regni caelorum quod exponeret, confortaret, sed plana omnia & humilia secundum nostri intellectus hebetudinem: *Illis mente per multa & magna praerogativis, gaudiis Dominus in hospitio pauperis, in mansu panis cottaria mulieris, Regni sui invenit & firmat exemplum dicendo: simile est fermentum. Declarat illud sumpta similitudine a rebus infimis & maxime communibus, ut omnes cum melius intelligerent loquentem; cum & ipsa domus tua abiectione ancilla ex illis quae quotidie manibus tractat possit ex eius virtute & viribus decentis capere similitudinem; similitudine fermenti, quod maxime domesticum est & inter manus versatur vilium ancillarum, altitudinem deprimat mysteriorum omnium subtilissimum. Fermentum accipit ancilla tua, illudque commisceat ingenti massae, & totam fermentat. Quis hoc ignorat? Per hoc igitur adeo familiare exponit iuxta declarationem D. Pet. Chrysol. Mysterium Incarnationis, & secundum D. Cyrill. Alexandr. arcanum SS. Sacramenti, & non minus minorum certitudine dicere possumus virtutemque denotari.*

*Massam ex se duram & indigestam fermentum attemperat, sed illam operet in se incorporet & abscondat, fermentum hoc totam peccat farinam, & illam suo calore fermentatam ut ex virtute huius unione, & eo quod sub farina lateat fermentum, ipsius calore panis efficitur delicatus, ut vite modo sit optima alimentum. Hoc est (teste D. Pet. Chrysol.) mysterium Incarnationis, in ipso namque divina sapientia, mulier illa, tria farinae sata assumit, tria inquam, ex quibus nostra componitur humanitas, spiritum, carnem & animam: ut ex D. Paul. exprimit: *Vi unigenitus spiritus vester, & anima & corpus servetur.* Spiritus est anima, in quantum est rationalis, anima est ipsa, ut sensitiva, corpus est caro quae vita vivit vegetativa, quod apposite declarat D. Thom. hoc ventiliam mysterium: itaque massam ex tribus componere farinae mensuris, nihil aliud fuit quam perfectam componere humanitatem intellectu, sensibus & carne constantem. Erat ex se iam pridem massa illa admodum indigesta, & parum fermentata, imo quasi mortua ad opera spiritualia, & virtutis exercitia. Quid factum opus ut fermentetur? Misceatur illi fermentum, Verbum scilicet divinum, ex mente D. Pet. Chrysol. praestantissima eius persona: hinc enim est quae fermentat omnia*

omnia & viuificat hac humanitate, atque illi in-
corporetur, totam perdat, atque in tantum vt
cero fiat: *Verbum caro factum est.* Hoc modo illam
fermentauit, tantumque perfecit, vt omnino di-
uina eualeat, diuinum esse vitamque accepit:
Donec fermentatum est totum. Supernaturalem ac
diuinam adeptam est vitam, atque ad opera heroica
virtus ac sanctitatis perfectam: in tantum vt
vno oculo intuitu animas illuminaret, vt patet
in D. Petro: sola oris sui salua, oculos caeco tri-
buor, fimbria vestimenti sui omnigenas cura-
uit infirmitates: oris sui potestate mortuos susci-
tata vitamque infuderit. Notandum ex D.
Chryl. non dixit: *Apposuit, sed abscondit*
fermentum in farinae faris, quia personam diuini
Verbi, eius diuinitatem, maiestatem, magnitudi-
nem & diuitias abscondit in humanitate, vt di-
cere liceret Propheta: *Vere in es Deus abscondi-
tus.* Per quod humanitati propria vitam com-
municauit: quae in ordine ad supernaturalia &
diuina velut mortua langueret: sed ex hac diui-
na visione & occultatione illam viuificauit no-
uamque ei vitam comparauit.

Hoc Deus per veterem Abacuc indicauit, quā-
do locutus de hoc opere, quod erat illi propriū,
quodque in mysterio incarnationis erat opera-
tura sic ait: *Domine opus tuum, in medio annorū
vniuificat illud.* Opus Dei tale futurum erat quo
farinam naturae humanae fermentaret, illi esse
nouam vitamque largiretur aptam operibus ah-
esperficiendis beatitudinis suae proportionalis.
Eia age, Domine, inquit, propheta: viuifica opus
illud, ingrediar spiritus & vita, vt eo viuificato
opera sint condigna vitae aeternae, quae cumque
homo fecerit. Vniatur illi Verbum: nam sicut
ingrediens anima in corpus illi vitam infundit:
ita similiter Verbum diuinum ingrediens, & vi-
uent se naturae humanae, omnibus eius operi-
bus vitam infuset. Quantum sapio meminist of-
fium de quibus Vates. Ezechiel, abducitur hic in
campum conspersum ossibus, craticisque defun-
ctorum. Ex Domini prophetae: dicitur mihi:
num ossa ista uiuent? num se ad opera disponet
vitalia? Tu nosti Domine. Eia igitur, ad illa om-
nia verbum mentem accedat, eisque vitam infun-
dam. Ossia haec arida naturam designant huma-
nam, aridam & vitam priuam spiritualem per
mortem peccati: incapax videbatur seu impo-
tens vt homines operibus sese exerceat spiritua-
libus, & vitae aeternae condignis. Quid igitur re-
medij? Mittat Deus Verbum suum aeternum,
Verbum diuinum vt naturam assumens huma-
nam, & illam quasi conuenerans fermento di-

uinitatis sua, & in illa abscondens; eo modo
quo in farinae fermentum absconditur, illam
extollat, et ditatem decoquat, vitamque largia-
tur spiritualem; vt hoc modo virtute polleat
diuina, & fermentata diuina apta sit operum
exercitijs, quibus homo vitam lucretur sempit-
ternam.

Vniuit igitur se Verbum Dei naturae huma-
nae hypostatice, & sub velo humanitatis diui-
nam abscondens naturam opus suum perfecit,
nempe vitam homini infudit: illam ergo sic ab-
sconditam communicauit homini illi Christo,
vt in ipso, velut capite suo, homines vitam pos-
sent adipisci diuinam & spiritualem, quae illis
opus erat vt eam operibus suis tribuerent, quo
omnia illa vitam haberent; quia Deo proprium
nouimus quasi occultare se vt opera sua perfici-
at, atque vt bona sua opesque communicet:
illas quasi semper abscondere. His enim descri-
bit conditionibus Vates Evangelicus: *Erit vir
sicut qui abscondit a vno, & celat se à tempo-
rate.* Ad litteram de Christo loquitur, iuxta ex-
positionem D. Hieron. Theodor. Procop & Cy-
rill. In Hebr. 20 legitur: *Erit vir occultans spiri-
tum.* Quod sic explicat Procop, *Erit vir occultans
suam diuinitatem*, quoniam D. Petro, dum illam
manifestat, prohibet, & ceteris discipulis ne
eum reuelent, & prodant donec à mortuis re-
surrexisset. Septuaginta transferunt: *Erit occultans
sermones suos.* Quia Christus communiter
in parabolis & similitudinibus loquebatur, sub
quibus mysticia sua indignis ea audire propo-
nebat: ipso met hoc attestante Apostolis suis. *Vo-*

Luc. 8.10
bis datum est vobis
mysterium regni Dei,
caeteris autem in
parabolis vt videntes
non videant, & au-
dientes non intelligant.
Vtrum & hoc significa-
uit, quod diuitias suas
occultaret; hoc enim si-
gnificat verbum *Sermones*,
sub hoc quippe ro-
mine in 5 pagina frequenter
venit diuitia; denotant
diuitias.

IX.
Sermone
denotant
diuitias.
Ijai. 59. 2.
Hoc idem igitur de Christo
declarat, quod verba
sua occultaret, quo significa-
uit, quod diuitias
suae diuinitatis sub huma-
nitate in incarnatione
absconderet: opes suas sub pau-
ertate, omnipotentiam sub
nostra infirmitate, gloriam
sub nostris poenis, consolationem
sub lacrym. s. regnum
caelorum sub paupertate
spiritus, satietatem
sub fame, gloriam & honorem
sub ignominijs, quietem,
pacem & tranquillitatem,
sub persecutione, vitam
aeternam sub morte, sub ca-



luminis æternam beatitudinem, & sub crucis opprobrio cæli maiestatem. Hæc sunt diuitiæ quas semper abscondit, qua de causa dicitur vit occultans: *Vit qui abscondit sermones suos.*

X
Hæc omnia SS. Sacramento applicatur.

Hæc ergo omnia extendamus ad SS. Sacramentum. Verbum Dei in Incarnatione vitam spiritualem & diuinam communicauit naturæ humane, eam sibi hypostaticè seu personaliter vniens, & sicut in Incarnatione hoc solum concessum credimus naturæ singulari Christi: hic tamen recipienti conceditur, & singulis ad illud accedentibus, propter vniionem ipsius cum natura recipientis: quia sicut cibus, incorporatur & vniuntur ei vita spiritualis & diuina: *Qui manducat me, viuet propter me*: sub velo humanitatis suam occultauit diuinitatem: hic vero sub accidentibus panis ac vini diuinitatem humanitatemque abscondit, sub quibus speciebus totus exiit. In mysterio Incarnationis dum latee sub humanitate, operibus suis vitam inspirat, redemptionem seculi et hominis: at in SS. Sacramento sub speciebus Sacramentalibus vitam largitur operi nostræ iustificationis per gratiam, quam in eo communicat recipienti: vt illa mediante exercere se possit in operibus beatitudinis laudandis: sub humanitate facultates suas omnes abscondit, & sub speciebus Sacramentalibus in hoc cælesti Sacramento Deus suas omnes occultauit animam suam, diuinitatem, omnipotentiam & sapientiam: quatenus sicut illas omnes in Incarnatione largitus est, intelligamus illam nobis concessam in SS. Sacramento, vt in hoc eas omnes accipiamus.

Fermentum abscondit suæ diuinitatis in farina nostræ naturæ vt ita fermentaretur, vitamque acciperet Dei: vt diuina exequeretur opera, & hic in SS. Sacramento in massa singulorum hominum abscondit: statumque hanc diuinitatem Sacramentalitè, hic Christus corpus suum Sanctissimum occultauit, pretiosissimum suum sanguinem, animam & diuinitatem: vt ipsa tota sub his speciebus recepta, omnino fermentetur, & vniatur cuius in pectore absconditur. Occultat in Incarnatione omnes suos thesauros, & in Sacramento vt credo, Deus quasi reponit omnes suas facultates, & eam omnium thesaurum maximum: quandoquidem in illa diuinitatem suorum attributorum manifestet eminentiam sunt enim hæc Dei facultates. Ita nobis vitam largitur, quam habet à Patre suo, sicut & illi naturæ singulari, quam personæ suæ diuinitati copulauit, illam concessit: *Sicut mihi me vini: Pater, & ego vino propter Patrem, &*

qui manducat me, viuet propter me. Sub illa speciebus collocauit Christus vitam supernaturalem & diuinam, quam nobis ad salutem communicat, illum sub forma alimenti recipientibus: est enim vt vita nutritiui animi.

Descendit filia Pharaonis vt lauaretur in flumine, & manus aquis inunctura ficeflam aduertit decursu aquarum defluentem, miratur eam parum, & quid esset curiosa sanctis suis precibus vt confestim ficeflam aquarum defluxu de lapsum colligerent: præcepto eius velociter obediunt, & adhibita non segni diligentia rapuerunt, & ficeflam esse cognouerunt ex iudicio compactam bitumine circumuolutam: illam aquis innatantem, hanc filia Regis spectandam dederunt, & ilico virgulas seu iunctos distoluit, quibus separatis pñionem inueniunt pulcherrimum Moysen nempe: sub his itaque tegumentis vitam infantis illius repererunt, sub vniionibus illis iunctisque occultatam. Qui ficeflam defertis spectaret, ex iunctis tantum contextum indicasset, sed si quid sub his lateret, inspicisset, vniens qui lateret, & quod vitam huius infantis complectebatur. In decursu misericordiarum Dei, hic enim est fluminis procedens à latere dextero quem vidit Ezechiel, & ante pòderantur quædam inde profluent, quæ dona quibus Deus cumulat, quæ beneficia potro singularet hoc quod hincat, & oculos rapit filia Regis Ecclesiæ, oculos nempe filie quibus Dei cognoscit mysteria, ficeflam esse dico in iunctis compòsitam bitumine perlitam: hæc quippe est S. hostia, in qua corpus & sanguinem Christi credimus sub virgulis illis & iunctis accidentium, quibus SS. Altaris Sacramentum occultatur. Illud Ecclesiæ assumit singulari nota deuotione, quæ festum eius veneratur: vt enim præmissimus mille adducitur congruentiis cur hoc præ ceteris Christi Domini mysterium recolat festiuitas.

Qui oculis corporis tantum eius expendit exteriora, non nisi panis & vini cerit accidentia, saporem & odorem panis: nam omnia hæc accidentia hanc ficeflam SS. Sacramenti componunt. Porro etiam Ecclesiæ lumine Spiritus S. in illa dissolut hæc accidentia, & per fidem detegit, quid sub illis lateat, Christum Dominum cerit in illis absconditum, carnem eius ac sanguinem puerulum sole puriore quantum ad innocentiam vitæ inculpatae, formosissimum si gratiarum attendas immensitatem, quibus SS. eius humanitas ornabatur: *Cara mea vitæ & cibus*: qui sub velamine cibi ad potus se nobis tradit: & quamuis cibus videatur tantum panis

ae vni mortui: vitam esse noueris quidquid in illo later, quia vita est Patris, qui principium est ex quo omnia procedunt, quae vitam habent: e-
tenim humanae naturae communicata sub his absconditae accidentibus, eam ipsa tribuit con-
digne Sacramentum accipientibus: Sicut misit
me ueniens Pater, & qui manducant me uiuent propter
me. Nam sub hoc epulo vitam suam abscon-
dit, quae nostrae vitam infundat diuinam & spi-
ritualem.

Adiunge igitur huic Verbum caro factum est: quod vita significatur quam Verbum humanae naturae inspirauit per admirabilem illam unio-
nem illud: Caro mea uere est cibus: ut carni huic eroda & indigesta & quasi mortuae ad diuinam & spiritalia, incorporatam propter hoc quod tibi uerbis illis asserit: Accipite & comedite: Hoc est corpus meum, assumens & comedens, tibi ipsi incorpores, atque ita mediante hac carne & sanguine Christi, vitam alloquaris Dei: quatenus hac uita diuina & supernaturali, opera perficias diuina & supernaturalia. Hoc sensu declarat hunc locum Theophilus: dicens: in quantum Deus sibi nostram in iuit carnem, sub ea diuinitatem occultauit, in tantum illa ipsius Dei uita uiuificatur. Et D. Thom. huic alludens expositionem illam assumit, uelut quoddam ante-
cedens, ut totum hoc inferat quod in discursu laicus exposuimus: ita similiter carni suae copu-
lando in SS. Sacrament naturam communican-
tium, hoc efficit, ut omnes ex hac unione eadem Dei uita uiuificentur.

§.3. Verbum Dei semper nobis perfectius reddidit, quod à nobis sumpsit ad In-
carnationis mysterium: & ita nobis reddidit in SS. Sacramento vitam hu-
manitatis perfectiorem eum in illo no-
bis Dei uitam largiatur.

11. P. Rosquamur praerogatiuas, quibus Chris-
tus Dominus nobis reddidit, quod de no-
bis assumpsit illo conceptu caelesti quem
nobis suggestit Doctor Angelicus, dum de di-
uinis disputat beneficijs nobis à Deo in hoc SS.
Sacram. collatis, uelut melius illud efficiendo in
in illorum testimonium, quidquid de nobis as-
sumpserat, nobis illud reddidit. Sibi natu-
ram nostram humanam assumpsit diuinae
suae coniungens personae: non exiguo certe
eum per hoc honore dignatus: an hic substi-
-

nequaquam: quia haec omnia eo fecit animo,
ut hominem diuinitatis suae redderet partici-
pem: Vagantur siquidem Dei filius, sua diuinita-
tu uolens nos esse participes, nostram naturam as-
sumpsit, ut homines Deos faceret, factus homo. Et
quāuis homini uideretur hoc beneficio satis-
factum, quo naturam eius Deus sic honoraue-
rat, ut illam à Deo non posset exigere, quam si-
bi assumpserat: nihilominus uoluit illam sibi re-
tinere, sed illam uita Dei iam perfectiorem, di-
uini quae fulgentem conditionibus singulis no-
bis eam restituit in non leue nobis beneficium:
nempe salutem nostram, vitam spiritualem &
diuinam, quam in hac eadem natura in cibum
nostrum concessa nobis communicat: Et hoc in-
super quod de nostro assumpsit, totum nobis con-
tuli ad salutem.

Nihil à nobis unquam Deus poposcit, aut
sumpsit nisi ut perfectius multo nobis id resti-
tueret: Et bene sit uobis, & protulerit dies in
terra promissionis uestrae. Agit Spiritus S. de eo 33.
quod petit Deus, & uult, ut nimirum omnibus
diuinitis eius praecipis obtemperemus, & aga-
mus quidquid nobis praeeperit, & hoc ostendit
in antecedentibus quibus Moysi praerogandem Probatur
indicauit affectum quo desiderat ut praecipis inductio-
eius obediamus: Quis det talem eos habere mon-
tem, ut timeant me & custodiant uersa man-
data mea in omni tempore. Primo uerbo seruen-
tia sua testatur desideria: Quis det? Haec loquen-
di formula ardenissima declarat desideria, &
anxietates quibus cor affligitur. Sic illas mul-
tauit Dauid quibus tenebatur desiderio deside-
rans uas aquae de cisterna Bethlehem: O si quis
michi daret potum aquae, de cisterna qua est in Be-
thlehem: & similiter quibus affligebatur mortem
deplorans Abshalon in peccato eiusque peccatio-
nem: Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te? Et
haec eadem ostendit se habere desideria, ut eius
uoluntatem exequamur. Quis det? Quid hoc Do-
mine mi, quod inde tibi locum ex mea man-
datorum tuorum obseruantia? Quid hoc: quod
ego meam tibi resignem uoluntatem, ut de tua
nunquam declinem, ut ardentem ita demon-
stres uoluntatem in te ex qua tibi tam exiguum
euenit commodum?

Quaero Domine, numquid tu ille, qui nullius
eges? numquid tu ille omnibus efficaciter plenus
eum integra gaudes bonorum omnium abun-
dantia? Non sufficere hoc autem persuasum tibi
sit, non hoc seu aliud à nobis Deus expostulat
utpote illius indigus, tuaeque necessitati reme-
dium in futurum illud sibi reuerans, handqua-
-